Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

alium castra praedicta non vellet destruere vel violenter dest-
nere contra voluntatem dominorum Electi vel Comitis, unus
alter assistere debet, bona fide, et modis omnibus alium ad-
juvare. de clusa apud Nimenburc (forte Sunnenburc) sic
ordinatum est, quod non debet destrui, nisi prius unio sive
concordia facta fuerit inter Dominos Electum Brixinensem
et Comitem Meinhardum Goritiae, facta vero unione, et
concordia inter ipsos jam dictam clusam Dominus Electus
statim destruere debet. Item sic ordinatum est
Dominus Electus accepit de parte Comitis Tyrol Dominum
Conradum Trouchsum et Dominum Rudolphum de Rasna, et
Dominus Comes accepit de parte Domini Electi Dominum
Wernherum de Schenkinberc, et Dominum Wilhelmum de
Aycha constituentes eos Judices super omni querimonia, quae
possit inter eos oriri vel suscitari, et quandocumque aliqua
querimonia eis porrecta fuerit, vel presentata ab Electo
vel Comite, ipsi infra 14 dies secundum jus, vel peram-
cabilem compositionem determinare teneantur, et si infra
terminum prescriptum non determinarent secundum pre-
stitum sacramentum et fidem datam in manus Majoris Fo-
rii Praepositi Brixinensis tunc tenentur se presentare in
civitatem Brixin. in defensione et conductu Dominorum
Electi et Comitis et inde nunquam recessuri sub sacramento
jam dicto, donec querimoniam vel querimonias secundum
jus, seu concordiam inter eos determinent. Et si pro ali-
qua sententia discordes inter se fuerint, utraque pars suam
sententiam transferibat Domino Berchtoldo Comiti de Frie-
sezpach, et secundum quod ipse Dominus Comes sententiav-
it, illud obtineat firmitatem, et statim transmissa sententia
dicto Comiti, tunc recedant, et absoluti de eadem querimo-
nia reputantur. tunc temporis, et si Dominus Electus aut Do-
minus Comes neglexerit terminum, quem ipsi Judices inter
se statuerunt sententiam vel sententias dicto Berchtold
Comiti destinare, idem penitus manet in jure sic. Je-
super dictum est, de consensu utriusque partis, quod omni-
damna hinc inde in praelio illata penitus sint remissa et de-
leta: exceptis his, quae in trengis sunt perpetrata. adjec-
tum est etiam ut quandocumque uni vel duobus superdicto-
rum Judicum aliqua querimonia porrecta fuerit, ipsi alios
duos Judices ad terminandam eandem querimoniam teneau-
tur convocare. Et ut supra dicta omnia per se-
pe dictum Comitem Tyrolensem inviolabiliter observentur
domino Electo Brixinensi et suis successoribus, et Ecclesiae
Brixinensi Dominus Comes Tyrolensis prose et Duce Meranie
obligavit ad pignus ipsi Domino Electo pro mille Marcis argenti
videlicet curiam suam sitam in Wiptal in loco de Sves
cum omnibus suis pertinentiis ad curiam eandem, et omni-